

dotationem erectionem et ordinationem huiusmodi ratas et gratas habentes omnes et singulos census praefatos scilicet centum florenos Renenses ad dicta altaria deputavimus etc. Volumus insuper omnes existentes de gremio fraternitatis s. Gangolphi ex superioribus dictis per nos confirmatae ad instantiam dicti fundatoris omnium bonorum pariterque missarum fore participes. Volumus etiam quod dictus fundator ius patronatus quoad vivat per se habeat et ius praesentandi totiens quotiens sine restrictione —, cum huiusmodi facultatem in fundatione et dotatione dictorum altarium sibi reservavit et nos ei reservamus eandem. Placet etiam et volumus quod si praenominati census scilicet centum florenorum Renensium per venditores suos — futuris temporibus post mortem vel in vita dicti fundatoris reem configerit in parte vel in toto, ex tunc praememoratus fundator solus habeat aut dicti beneficiati simul una cum consulatu Lipzensi actu regenti alios census in loco illorum comparare debent sub excommunicationis poena, quam ipso facto incurrere debent si secus fecerint etc. Tandem volumus, quod dicta beneficia seu altaria pleno iure subiacere debent iuribus et consuetudinibus laudabilibus sicut alia beneficia ecclesiastica nostrae diocesis et praecipue subsidii caritativi solutioni cum illud exigetur a dictis altaristis sicut ab aliis beneficiatis nostrae diocesis, quod subsidium suo tempore solvendum ad praesens determinamus et diffinimus singulis temporibus ad decem marcas, ita quod quilibet eorum quatuor solvat duas marcas cum media, quae in summa faciunt quadraginta grossos altae et melioris monetae illo tempore currentis, et quod cum aliquid de beneficiis praedictis post mortem aut liberam resignationem vel permutationem — vacare contigerit, quod ex tunc tempore investiturae novi beneficiandi seu altaristae nobis aut nostro successori iuramentum facere teneantur, item de censibus colligendis cum fidelitate et omnibus aliis servandis quae ad eum spectant facere et praesertim in missis dicendis et de residendo in dicto beneficio iuxta voluntatem dicti fundatoris, quam investituram pro nobis et nostris successoribus diocesanis reservamus perpetuis temporibus. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis hoc etc. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem ac testimonium praesentes nostras litteras exinde fieri et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum Merßburg anno a nativitate domini millesimo quodringentesimo octuagesimo quinto feria quinta post festum sanctorum decem milia martyrum.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 319. 1487. 12. März.

Johannes von Breitenbach in beyden rechten und ordinarius der iuristenfaculteten, Johannes Brewser werntlicher rechte doctores, magister Johannes Wilde in geistlichen rechten licenciatus und Jacof Thommel burgermeister zu Lipzck *errichten in einem zwischen dem Kloster und einigen Untersassen desselben zu Holzhausen eines und Balthasar Schultz, nach dessen Ableben Mag. Ludwig und Balthasar seinen Söhnen andern Theils wegen eines von dem Verstorbenen über Naundorf (bey Stöderitz in Nawendörffler margk besagt die Aufschrift) angelegten Teiches entstandenen Rechtsstreit, in welchem bereits ein die Schultz zu Wiederherstellung der ertränkten Felder und zum Schädenersatz verurtheilendes Erkenntniß durch Herzog Albrecht ergangen ist,*